368.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

N:o 368.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

= L N. 835

M

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

368.

SECVNDA DISPVTATIO DE SEXTO PRÆcepto propoſita à Nicolao Hemmingio in Decembrj anno 1571.

Hafniæ,
Impreſſit Laurentius Benedicti.
1571.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

368.

1.

QVEMADMODVM temperantia virtus est sub qua continetur, & cum qua coniunctum est, quidquid Dominus sua sexta lege requirit: ita intemperantia & quæ ab ea nascuntur infelices proles hac eadem lege interdicuntur, accusantur, damnantur.

2.

Est autem intemperantia, quam græci aptissimo vocabulo ἀκρασίαν nominant, vicium Deo inuisum, naturæ inimicum & hominis excellentia indignissimum.

3.

Per hanc intelligo omnem impuritatem animi & corporis cum vera castitate & temperantia pugnantem.

4.

Etsi autem Augustinus in libro de agone Christiano ait, inter omnia Chri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

ſtianorum certamina duriora ſunt prelia caſtitatis, vbi quotidiana pugna & rara victoria: tamen qui verè à ſpiritu ſancto regitur, flammas libidinis, etſi non prorſus extinguere, tamen reprimere poteſt, ſi gradus, occaſiones, cauſas vitauerit, Si remedia aduerſus eas monſtrata verbo Dei arripuerit, ſi pœnas quæ libidines ſequuntur & in hac vita & in futura rectè cogitauerit, denique ſi præmia diuinitus caſtis promiſſa ante oculos habuerit.

5.

Gradus ad obſcoenas voluptates ſunt plures, videlicet cogitatio, affectus, conſenſus, ὁρμὴ, quæ vt concupiſcentiæ vocabulo intelliguntur, ita à concupiſcentia innata pullulant, & altas radices agent, & partus infelices producent, niſi mox vt inceperint ſuffocentur. 6.

Cogitatio enim ἐμπαθὴς ſi moram

trax-

traxerit affectus mouetur, si hic non statim repressus fuerit inflamatur, inflamatus affectus voluntatem ad consensum impellit, consensum excipit factum. Hoc sæpius iteratum veluti in naturam vertitur, vt postea reuocare pedem non possis, sed cogaris contra etiam consilium mentis, ruere. Huc quærela illa Medeæ: θυμὸσ δ' ἐ κρείασων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. Quare qui sapit obtemperet poëtæ, qui ait: Principijs obsta serò medicina paratur, Cum mala per longas conualuere moras.

7.

Occasiones multæ offeruntur partim à Diabolo, partim ab hominibus, vt prauum sodalitium, sicuti Medæa de se testatur: frequentes accessus malarum fœminarum me perdiderunt. Huc visum impudicum, gestus venereos, & colloquia obscoena refero.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

8.

Cauſæ ſunt concupiſcentia innata, hæc fouetur crapula, ebrietate, comeſſationibus & id genus alijs veneris inſtrumentis.

9.

Nam poſtquam vino ſeu largiori potatione ſanguis calere inceperit, bruta pars animæ ſanguine calidiore veluti fermentata furores feruentes & concupiſcentias ardentes excitat.

10.

Hos gradus, has occaſiones & cauſas ſciamus prohibita eſſe hac ſexta lege. Quare quibus ſalus animæ curæ eſt, tempeſtiuè ſe aduerſus hæc mala muniant, ne tempore naturam æquent, ex quo quædam peccandi neceſſitas comparatur.

11.

Præter ea quæ diximus Theologi ex verbo Dei quatuor (præter caſtum con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

coniugium) remedia aduerſus malum damnatæ veneris numerant, ac omnibus pijs commendant, quæ ſunt, aſſidua inuocatio ex fide, lectio ſacra, ieiunium & fuga ocij ſeu labor honeſtus.

12.

De oratione habemus promiſſionem quod Deus ex vera fiducia inuocantes velit exaudire, modò ſumma noſtra oblectatio & voluptas in Domino fuerit radicata, iuxta illud: Delectare in Domino, & ipſe dabit tibi petitiones cordis tui.

13.

Sacra lectio mentem hominis ſurſum eleuat, vt homo brutæ voluptatis obliuiſcatur. Quare Dauid verbi diuini meditationem nobis diurnam & nocturnam commendat. Cum hac coniungo pios Hymnos & cantilenas quibus anima hominis mirificè in ſublime tollitur, & veris voluptatibus perfruitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

14.

Ieiunio pabulum Veneri adimitur & ſpiritus hominis pij excitatur vt inſurgat aduerſus veneris æſtum, eumque extinguat. Redduntur enim preces ardentiores ſpiritu dominante. Nec alia de cauſa laudatur ieiunium. Nam Monachorum figmentum de ieiunij laudibus quaſi per ſe eſſet meritorium & cultus Dei ad papatum remittimus.

15.

Ocij quoque fugam & honeſtum laborem, remedium eſſe Veneris vetitæ etiam prophani ſcriptores intellexerunt vt ille: Ocia ſi tollas periere cupidinis, arcus. Item, Nihil agendo male agere diſcimus.

16.

Hæc quatuor remedia hoc diſthico complecti ſoleo: Ores, caſta legas, ieiunes, ocia vites, Si ſeruare cupis corpora caſta Deo.

Pœ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

17

Pœnæ quæ comitantur κυβερνήσεις *sunt horrendæ, & plures quàm quæ cogitari possint ne dum numerari, inter quas præcipuæ sunt cœcitas mentis, obduratio cordis, infamia vitæ, donorum Dei feda contaminatio, pœnæ corporales, supplicia æterna.*

18.

Cæcitas mentis, quam Paulus ἀδόκιμον νοῦν *nominat, facit, vt amans putet se videre quod non videt, iudicet mala bona, & bona mala. Breuiter, Quid deceat non videt vllus amans.*

19.

Obduratio cordis, quo malo nullum est magis triste. Hæc à Paulo etiam dicitur ἀμετανόητος καρδία. ἀπαλγησία, *qua conscientia hominis tanquam cauterio vsta planè* ἀναίσθητος *efficitur.*

20.

Infamia vitæ, quæ non solum in ip-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

sis Veneris mancipijs hæret, verum etiam vniuersam familiam & posteritatem fœdat. 21.

Donorum Dei fœda contaminatio veneris damnatæ quoque stipendium est. Vt enim fumus rem obiectam fœdat, & obfuscat fuligine sua: ita obscoenus ille veneris vsus dona Dei, quibus homo alioqui ornatus erat, foetore polluit vt nulli sint vsui.

22.

Pœnæ in corpore sæpè hærent, vt lues venerea & alij morbi, quibus qui non corripiuntur, maius iudicij Dei aduersus se testimonium habent. Videtur enim Deus eos tanquam inemendabiles abiecisse.

23.

Supplicia æterna hæc enumerata mala excipient in omnibus ijs qui non ante mortem conuertuntur. Nam Dei misericordiæ in infinitum exceduut om-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

omnes omnium hominum miſerias.

24.

Sed cur tantæ pœnæ & tam multiplices vni veneri debentur? quia mandatum Dei contumaciter violatur, dignitas humanæ naturæ per libidinem effrenem calcatur, Spiritus ſanctus contriſtatur, templum Dei prophanatur, inuocatio impeditur, breuiter. Nullus locus relinquitur aut pietati, aut vlli virtuti, ſed homo ſe totum imperio Sathanæ ſubijcit, in contumeliam creatoris. 25.

Poſtremo loco propoſuimus de præmijs frenatæ libidinis, quæ maxima ſunt, & omnia continentur hoc Domini dicto: Beati mundi corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

26.

Etſi autem cor hominis nunquam ita in hoc Mundo mundari poteſt quin reliquiæ flāmarum veneris interdū excitent-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

citentur vtut fuerint ſopitæ & irritentur concupiſcentiæ turpes: tamen quando penes Spiritum manet victoria, & non ſuperatur homo flammis libidinum, conatus hic apud Deum pro mundicia cordis acceptatur, vt non imputet nobis noſtras ſordes quibus purgandis damus operam.

27.

Genera veneris vetitæ plurima ſunt vt fornicatio, ſtuprum, raptus, inceſtus, adulterium, τὸ ἄῤῥητον θηλύγμα & multa alia quæ accuratè recitant Monachi, vt qui ea vel in priuatis confeſſionibus didicerint, vel ipſi Sodomitarum progenies inuenerint & auxerint.

28.

Si quis contraxerit cum ea, cum qua turpiter conſueuit viuente marito, tametſi papiſtæ contractum iſtum continuatum adulterium ſtatuunt,

unt, tamen ego iſtud ſimpliciter affir-mare non audeo, ſed diſtinctione opus eſſe iudico in hunc modum.

29.

Aut turpitudo præcedens fuit pub-licè nota, vel ſaltem iuſtè ſuſpecta, aut fuit ſine omni ſuſpicione. Si turpitudo fuit publicè nota, contractus ſequens peccat ſcandalo nec poteſt vnquam pro-bari, niſi publicè nota pœnitentia, vt in Dauide, præceſſerit: At ſi turpitudo ſequens nec publicè nota, nec iuſtè ſu-ſpecta fuit, doctus & prudens paſtor poteſt conſcientias eorum, qui contrax-erunt ſic ſanare, vt vſus eius coniugij fiat ſanctus.

30.

Verùm quoniam raro benè ſuccedit ijs qui ſic contrahunt, hortarer omnes qui Chriſtiani dici & eſſe volunt, vt id non tentent de quo iuſta poſſit eſſe du-bitatio, & ex quo inſuauis conuerſatio-

nis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

nis poſsit imminere periculum & inſa-
nabile ſcandalum.

31.

Antichriſtus quædam mentitur
contra hanc legem fieri, vt ſunt ſacer-
dotum, Monachorum & monialium
coniugia. Præterea ſpiritualem cogna-
tionem impiè inceſtui comparat.

32.

Nam cùm ſacerdotibus Papa in-
terdicit coniugia, legi Dei, naturæ, &
laudatis exemplis aduerſatur, & pa-
trocinatur nefandis illis ſceleribus
propter quæ Deus multas Gentes de-
leuit.

33.

Cum votum Monachorum & mo-
nacharum putat impedire coniugium
ſacrilegè facit, vt qui probet vota quæ
Deus improbat.

34.

Si Spiritualis cognatio, quam Pa-
pa de-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

pa definit esse eorum qui pueris baptizandis vnà testes adsunt, impedit coniugium, profecto nulla inter Christianos coniugia erunt licita, cum multo sit arctior cognatio per Spiritum eiusdem Christi, quo coalescunt in vnum corpus (cuius caput est Christus) fideles omnes, quàm per externam baptismi testificationem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)

368.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 368 8° (LN 835)